nem praesentem obligatoriam in toto et per omnia cassat annihillat et perpetuo mortificat. Regnans sibi summa eiusdem praefata plenariam sufficientem persoluere.

Przedrzymierski Popielowi obligat.

64 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Nobilis Joannes Przedrzymierski sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneatus Premisliensis Jurisdictioni quoad Actum moderniorem attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Generosae Heduigis primarum olim Nobilis Floriani Przedrzymierski, secundarum vero nuptiarum olim Nobilis Georgii Sławkowski coniugis relictae Viduae Matris vero sui regnantis Procuratoris rati habitione cavet ac de praesentibus inscribit nomine. Bona sua propria et haereditaria, ac Juribus Advitalicii et Reformatorum praefatae Generosae Matris suae subiecta in praesenti Videlicet Tertiam partem bonorum suorum et Juribus praefatae Generosae Matris suae subiectorum in Bonis Villae Wlycno Terrae praesentis Premisliensis consistentium Horihowizt nuncupatam cum

omni bonorum

omni bonorum eorund. Iure Dominio proprietate titulo obli-
gatorio Casq omnibus et singulis eorundem bonorum Sortis par-
tis Howaikowiąt nuncupat. Utilitatibus fructibus, proventibus
redditibus Commodis emolumentis obventionibus, nec non
structuris aedificiis et subditis duobus Labonosis Hiacin-
tho Boyko et Michailo Stogryn in eadem Sorte resi-
dentibus, nec non Campis agris pratis Sylvis gaiis nemori-
bus rubetis Mericis fluviis fluminibus, aquarum decursibus
eorumq laboribus censibus dationibus, Vectinis muniis obse-
quiis et Officiis, quibusvis attinentiis et pertinentiis generaliter
Universis, nihil ex praemissis Iuris Dominii proprietatis
ac cuiusvis competentiae et praerogativae per se recognoscentis
suisq successoribus, aut quopiam alio reservando sive exci-
piendo Verum prout praemissa omnia ipsemet recognoscens
tenuit, habuit, et possidebat, tenereq habere et possi-
dere debuit, ipsumq conservabant ac eidem legitime servie-
bant Jam exnunc et defacto Gnoso Hiacintho Popiel
et ipsi successoribus in summa Ducentorum florenorum polonicorum
per se recognoscentem, iam ab eo realiter et effective leva-
ta de quo ipse praesentes quietat hinc et a Festo Conversio-
nis Sancti Pauli Apostoli proxime futuro, ad biennium integrum
et indefectum prohinc bonorum Sortis praedicta exemptorum Sum-
maq supraspecta Ducentorum florenorum polonicalium realis

et integrè persolvendis extunc de Biennio ad Biennium et Festo ad Festum pro simili Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli # Summa Memorata totalis et integra realem et effectivam persolutionem obligavit inscripsit et invadiavit, prout obligat inscribit et invadiat praesentibus. In quo quidem bona supraspta praemissaq omnia praesentibus per se recognoscentem obligata et invadiata. Jam extunc et defacto is idem recognoscens praefato obligatario suo ipsiq posteris Coram Officio praesenti dat et admittit realem Introsmissionem et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem et Ales duos die quacunq Voluerit Officiose acceptandam Per ipsum obligatarium suum, ipsiq posteros, hoc eadem bona praemissaq omnia praesenti invadiata, cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus, attinentiisq et pertinentiis generaliter Universis tenendi habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice Utifruendi, et ad Usus suos suorumq Successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, modo ac Jure obligatorio debetq et tenebitur Memoratus regens put se ac suos Succesores in et super bonis suis generaliter omnibus Summisq pecuniariis quibusvis habitis et habendis eidem supraspto Obligatario suo ipsiusq posteris inscribit et obligant

incidenti si fore determinando Usque ad exemptionem, et

et obligat praesentibus ipsum et eius Successores in dictis bonis praemissis omnibus praesentibus per se recognoscentis inuadiatis et ratione eorundem omnium, ab omni et quavis impetitione Juridica, quarumcunque personarum, cuiuscunque conditionis Status et Sexus cuiusvis existentium exoriunda, in omni Judicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere, evincere intercedere et eliberare, indemnemque cum posteris reddere. Ales non hoc eadem bona suprascripta praemissaque omnia praesentibus per se recognoscentis Obligata et invadiata, ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super praemissa omnia modo quovis cuicunque personarum factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus in eadem bona suprascripta, modo quocunque importatis et importandis Lucris denique et Perlucris Processibusque Juris quibusvis, in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus et in quovis Judicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis bonis praesentis obligatis perductis et perducendis, emundare et eliberare mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam Coram Officio praesenti admissam in Fundo bonorum eorundem praesentis inuadiatorum, dum per Minialem et Ales duos Officiose requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eundem libere dare et effectualiter admittere

dataq et admissa eadem possessionem et usumfructum prae-
missorum omnium praesentis inuadiationem, quouis modo tam
per se quam per suas quasuis submissas et subordinatas
personas non impedire nec adimere, ipsumq Obligatarium
suum, et illius posteros, in praemissis omnibus praesentis
Obligatis nullomodo iniuriari, ita ut hoc eadem bona su-
prascripta, praemissaq omnia praesentis inuadiata, idem Obliga-
tarius suus, cum suis posteris quiete et pacifice praesentis
Inscriptionis Obligatoriae Vigore tenere habere et pos-
sidere queat, illisq Vtifrui possit, Vsq ad exemptionis
bonorum eorundem Summaq Mratae totalis et integrae
realem et effectiuam solutionem. Idq sub Vadio similis
Summae Ducentorum florenorum polonicorum per eundem regitem
siue eius posteros suprascripto Obligatario suo ipsisq Succes-
soribus ob non completionem praemissorum omnium et singu-
lorum, tam in parte quam in toto, toties quoties opus fue-
rit ad soluendum succumbendo Pro quo quidem Vadio
modo praemisso ad soluendum succubito, ac pro re aliqua
principali ex praemissis non completa complenda, Citatus-
existens Mratis recognoscens Illis Joannes Przedrzymier-
ski siue eius Successores ad Instantiam Generosi Hiacinthi
Popiel Obligatarii sui Vel eius posterorum ad Officium praesens

Castrense

Castren Capitan Premislien Eatunc recessu superiori quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere Vadiam praefatam luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur, Seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae ejusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum Legatione intra Vel extra Regnum, servitio Militari ad munimenta ad Quietorem Vel aliis quibusvis dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietorem Ultra praeos Officii praefati Castren Capitan Premislien Terminos dilatorem sibi non recipiendo, Nullasq motiones appellones ac earum prosequtiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus Vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Juris praescriptione Terrestri bello Convertioneq ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo Hoc modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Gorzycka et Drohoiowski Roborant. Scriptum Certum

Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premislien.